
captiuitatem syon facti sumus sicut
consolati.
Tunc repletum est os gaudio os
nostrum et lingua nostra in exultacione
Tunc dicent inter gentes magni
ficauit dominus facere cum eis.
Magnificauit dominus facere
nobiscum facti sumus letantes.
Conuerte domine captiuita
tem nostram sicut torrens in austro.
Qui seminant in lacrimis in
exultacione metent.
Euntes ibant et flebant mitten
tes semina sua.
Venientes autem uenient cum
exultacione portantes manipulos
suos.



Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc
et semper et in seculorum. Amen.
Nisi dominus edificaverit
domum in vanum labora
verunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit civitatem
frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem
surgere surgite postquam sederitis qui
manducatis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis somp
num ecce hereditas domini filii
merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu poten
tis ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit desiden

Los Angeles
French Book of Hours
15th Century

FRONT